

Vatablus. Num quis attulit ei, quod ederet?

EXPOSITIO.

266. DE cibo, de quo Christus loquebatur, nullus discipulorum intellexit; omnes tamen cibum corporalem cogitabant, sicut & mulier, quam materialem esse, sibi persuadebat, ut observant Chrysostomus, Cyrillus, Augustinus, Rupertus, Euthymius, & Theophyl. S. Thom. Et cum discipuli essent cupidi, & ambigerent, qualisnam esset ille cibus, & quis eum attulerit? nullus tamen querit a Magistro, sed solum inter se loquuntur. Quod observat Chryf. homil. 33. Solitum tamen ait, Magistro honorem tribuum; & mutuis invicem sermonibus differentes, eum percontari non audere. Sed solum adinvicem loquebantur discipuli. Num aliquis, utpote mulier illa Samaritana, vel aliquis pertransiens videns hominem famelicum, ei cibum dedit? seu, ut affirmat Origen. sibi persuadebant, Angelum cibum ministrasse, ut contigit Elia. 3. Reg. 19. num. 6. Vel ut interpretatur Leontius, putabant, illi evenisse, quod contigit Danieli in lacum leonum, cui Habacuc portavit prandium suis messoribus preparatum: Daniel 14. n. 33.

Ioannis 4. n. 34. Dixit ei Jesus: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus.

VERSIONES.

Theophylactus. Meus cibus est ut faciam quod vult, is, qui misit me.

Vatablus. Ut exequar voluntatem ejus, qui misit me.

D. Ambr. lib. de Meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei, qui est in caelis

Elia. & jejuniatio, cap. 3.

Gracius. Voluntatem mittentis me.

Tertul. lib. adv. Et ut consummem opus ejus

Praxeas, c. 21. & Novatiana, Epist. de cibis Judaicis.

EXPOSITIO.

267. DUM discipuli non intelligentes verba Domini, inter se praemodestia fecerunt, quae runt, quid significent? quis attulerit cibos? Do-

Chrysof. Cyrill. Aug. Rupert. Euthym. Theoph. S. Thom. Chrysof.

Origen.

3. Reg. 19. Leontius. Daniel. 14.

minus eis occurrit, ait D. August. Audire cogitationes eorum, & jam instruit, magister, non per circuitum, sicut illam mulierem. Cum Samaritana loquens, non exponit, de qua aqua loqueretur. At verò cum discipulis: Quibus datum est, nosse mysterium regni Dei, Matth. 13. n. 11. Omni velamine, ait Cyril. lib. 2. c. 105. orationis rejecto, rem eis aperit, sicut ait eis Dominus: Meus cibus, hoc est, mea esca, seu, ut ait Hugo, mea refectio; mea delectatio, quam ego habere dico, ratione cujus hic vester cibus oblati videretur. Ut faciam voluntatem ejus, hoc est, ut clarior legat Vatabl. Exequar voluntatem mei Patris, qui misit me. Voluntas autem Dei est hominum salus. Deus vult omnes homines salvos fieri, 1. Tim. 2. n. 4. Ut perficiam opus ejus. Ex Graeco loquendum est cum copulativa, Et ut perficiam opus ejus. Orig. Cajet. hoc referunt ad opus creationis, quod per Christum gratiae perfectionem comparavit. Sed cum communi sententia Chryf. Cyrill. Euth. Theoph. Beda, Alberti Magni, S. Thom. referendum est ad nostram redemptionem; Et haec duo, facere voluntatem ejus, & perficere opus ejusdem valent; tamen addit perficere opus ejus ad hoc ut explicet, quae est voluntas patris. Perficiam opus ejus, hoc est, negotium mihi injunctum, ac commissum exequar, & consummem. Euth. Voluntas Patris, ait, qui ipsum miserat, opus illius Christo injunctum, salus est hominum. Hoc enim opus commissum Christo, & salus, & redemptio generis humani Joan. 3. n. 17. Misit Deus filium suum in mundum, ut salvetur mundus per ipsum. Et 17. n. 4. Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam. Et perficere hoc negotium nostrae salutis, & tuae mortis, dicit suum cibum: Labores manuum tuarum manducabis, Psal. 127. n. 2. Hoc autem opus multis modis Christus perfecit. Exemplo, praedicatione, doctrina, morte, ac passione, & merito suo. Et quia instabat jam tempus, ut Samaritani adducerentur ad salutem, ac cognitionem veritatis ideo haec loco sibi esse corporalis alimoniae significat; non quod cibus corporis ei non esset necessarius, prout homo erat, sed quod bono nostro spirituali, tanquam sit quid gratius, maxime pascitur, ac delectatur.

August.

Marth. 13. Cyrill.

Hugo.

Vatabl.

1. Tim. 2. n. 4. Graec. Orig. Cajetan.

Chrysof. Cyrill. Euthym. Theophyl. Beda.

Alberti Magni. S. Thom.

Euthym.

Joan. 3. n. 17. Joan. 17. n. 4.

Psal. 127. n. 2.

QUESTIO XLII.

Quare Christus Dominus negotium nostrae salutis appellet suum cibum?

268. EX nostra expositione liquet, quod Christus Dominus, exequi, & animplere voluntatem Patris circa nostram salutem, ita sibi perjurandum, ac delectabile dicit, ut hoc cibum suum, & escam suam appellet. Quod dedit ansam Doctoribus variè ratiocinandi in hac materia.

Primò Rupert. lib. 4. in Joannem: Hoc dicit, ait, Christus indicat, quam spontanea obedientia Deo Patri deserviat in operando nostram salutem; & quod magis delectetur in hac obedientia, quam aliquid esuriens, dum oblati cibis dicitur ei: Manduca. Christus dum voluntatem Patris exequitur, se per omnia illi obediens gerit; & multo perjurandius est ei, obedire Patri quam homini famelicenti cibum oblatum. Secundò Philo Carpathius explicans illud Cantic. 5. num. 1. Descendat

August.

Marth. 13. Cyrill.

Hugo.

Vatabl.

1. Tim. 2. n. 4. Graec. Orig. Cajetan.

Chrysof. Cyrill. Euthym. Theophyl. Beda.

Alberti Magni. S. Thom.

Euthym.

Joan. 3. n. 17. Joan. 17. n. 4.

Psal. 127. n. 2.

dat frater meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. Ait ille. Ad quos, & quales fructus edendos invitetur sponsus a sponsa, ipse per se declarat in Evangelio, cum dicit: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus; qui misit me: hoc est, ut quamplurimos ad me convertam, mesque discipulos faciam, & amicos, omnes in me credentes: quorum bona opera, tanquam si nectus suavissimos virtutis sponsus edat, bisque maxime laetatur, Christus agens de nostra conversione, ac nos discipulos suos faciens, ita in his novis plantationibus, ac earum bonis operibus delectatur, & pascitur, tanquam in suavissimis fructibus, omnicondimento saporis repletis.

Bona nostra opera Christi sum delectant.

270. Ambros.

Noster cibus desiderare caelestia.

Ambros.

Bernard. Familiaris Deo, cibus justorum.

271. Etherius.

Delicia Christi, facere unio nem inter fideles.

Drogo.

Mors, ac Passio Christi cibus ejus suavissimus.

272. Basil. Seleuc.

Celestis doctrina anima cibus.

273. Chrysof.

pellat, ut quanta salutis nostra cura, & desiderio teneatur, ostendat. Sicut enim nos cibum, ita Christus humani generis salutem desiderat. Divus Cyrillus Alexandrinus lib. 2. c. 105. Hinc dicimus, quanta sit erga homines Dei charitas; quasi enim cibum suum putat perditorum hominum conversionem. Sicut homo famelicus esurit, & appetit cibum; ita Christus Dominus ob suam charitatem esurit, & appetit nostram salutem, ut suum cibum, & penituntiam, ac conversionem peccatorum reficitur, & pascitur, tanquam suavissimo pabulo.

Cyriill.

Christus esurit nostram salutem.

274. Luc. 14.

Nostra salus cibus Christi inconvulsissimus.

Cum Matthaeus vocatur a Christo, ait Lucas 5. n. 29. Et fecit convivium magnum Levi in domo sua; & erat turba multa publicanorum. Matthaeus, qui erat publicanus, cujus fors valde inter ignobiles reputabatur, parat Domino magnum convivium in domo sua. Et tamen cum Jesus ingreditur domum ejusdem principis manducare panem, Luc. 14. num. 1. Cum hic effect Princeps, & valde praepotens, planum est, quod Dominum multa magnificentia, ac majestate exciperet. Et tamen ejus convivium non dicitur magnum, ut convivium Levi. In domo Principis erat ante Dominum mensa in qua cibi apponebantur. At Matthaeus, non solum corporali cibo recreabat Dominum, sed sua, ac multorum publicanorum, qui aderant, conversione, ac penitentia. Et nullum majus, ac amplius convivium Christo Domino, quam nostra spiritualis vita, & salus. Beda in c. 9. Matth. Però si alio modo intelletu, quae gesta sunt, indagare cupimus; non tantum in domo sua terrestri convivium Domino corporale exhibuit Matthaeus; sed multo gratius illi convivium in domo pectoris sui per fidem, ac dilectionem paravit, ipso attestante qui ait; Ecce ego sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit januam, introibo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum.

Ioannis 4. n. 35. Nonne dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, Levate oculos vestros, & videte regiones, quia albae sunt jam ad messissem.

VERSIONES.

Syracus. Nonne dicitis: Post quatuor menses venit messis? Ecce dico vobis: Attollite oculos vestros, & spectate terras, quippe quae albecant, & jam pervenerint ad messissem.

Vatablus. Cum messis advenit: ecce dico vobis: Attollite oculos vestros, & contemplamini regiones.

Euthymius. Et messis veniet.

Maldonas.

Maldonat. ex Videte campos. Geaco.

EXPOSITIO.

275.

Joan. 3. Chrysof. Cyril. Theoph. Euthym. Beda.

DOMINUS paulatim erigit mentes suorum discipulorum ad altiora. Primò explicavit, quòd cibus suus sit facere voluntatem Patris; & opus ad quòd missus est. Jam nunc verò aperit, esse tempus, & hora huic operi incumbendi. Et utitur metaphora sumpta à segete, & messe: nam fata agriculturalum intuebantur discipuli, eum essent in campo extra urbem. Nunc vos dicitis: vulgare, & in confesso est apud vos, quòd adhuc quatuor menses sunt.

Joan. 3.

Chrysof. Cyril. Theoph. Euthym. Beda.

Phraïsis Hebræica idem valet post quatuor menses erit messis. Joan. 3. n. 4. Adhuc quadraginta dies à Ninive subvertetur, id est, post quadraginta dies Ninive subvertetur. Et loquitur Dominus de messi materiali, ut observant Chrysofomus, Cyrillus, Theophylactus, Euthymius, Beda, & alii. Ac si dicat: Apud vos est vulgare, quòd adhuc usque ad tempus messis restant quatuor menses. Vel vulgare erat Proverbium apud Hebræos, ut alii volunt, quòd à tempore sementis usque ad messem quatuor menses interjacebant. Levate oculos vestros. Si illa sunt apud messem materialem, quæ abest quatuor mensibus, tamen messis spiritualis jam est, & venit tempus ejus; Levate oculos vestros, mentis & corporis, ut vult Chrysofomus. Et videte regiones, scilicet campos quia alba sunt, hoc est, maturæ, & proportionatæ ad messem. Ostendebat Dominus suis discipulis, ut ait Chrysofomus, multitudinem Samaritanorum, quæ ad ipsum confluxerat, quorum corda jam erant disposita, & proportionata ad fidem recipendam.

Chrysof.

Theoph.

Attollite oculos vestros spirituales, & spectate multitudinem Samaritanorum, & animas eorum ad fidem alacres, & promptas, quæ quasi regiones albe opus habent messis, ad salutem preparatæ. Et ita est explicanda illa ultima particula in textu: Quia alba sunt jam ad messem. Quia jam hæ segetes spirituales dispositæ sunt, ut à messoribus falce demetantur. Et ita enucleat Dominus, qualis sit cibus suus, quale opus commissum à Patre; ut huic messi spirituali incumbat, ac de salute hominum agat.

276. Cajetan.

Chrysof. Cyril. Theoph. Rupert. Alber. Mag. D. Thom.

277. Quo tempore hac historia accidit.

Cajetanus, hæc verba vult referre, non solum ad Samaritanos, sed ad omnes nationes; quia jam in proximo erat, ut messem prædicationis Evangelicæ devenirent. Et ita dicitur in plurali regiones. Tamen communis sententia Patrum, Chrysofomi, Cyrilli, Theophylacti, Rupertii, Alberti Magni, Thomæ ad Samaritanos refert, quorum conversio erat in propinquo, & quorum turmas venientes per campos Dominus oculis discipulorum ostendebat.

Albert. Mag. Abulen. Genebrard.

Ex verbis hujus textus colligunt communiter auctores tempus, in quo hæc historia cum muliere Samaritana contingit, quatuor esse menses ante messem, & tunc mense Januarii hæc gesta sunt: nam messis triticea fiebat in Judæa ad finem mensis Aprilis. Ita Albertus Magnus. At Abulensis 1. Reg. 12. q. 15. ait, fieri tritici messem ad finem Aprilis vel ad initium Maii: Et Genebrardus in Calendario Hebræorum, Messem

fieri mense Maij contendent: similiter, Rupertus, Cajetanus, Toletus annot. 25. & alii. Et hæc historia contingit mense Februarii: Messis enim in illis regionibus incidebat inter Pascha, & Pentecostem, ut observat hic Origenes, & clarè patet ex Scriptura; nam primitiæ frugum septem hebdomadibus post Pascha jubentur offerri, Exod. 34. n. 22. Levit. 23. num. 15.

Rupert. Cajetan. Tolet. Origen.

QUESTIO XLII.

Quare Dominus hic loquatur cum discipulis per metaphoram à regionibus albescentibus?

278.

APERTIS verbis poterat Dominus suos docere, ac illuminare, ut eleventes oculos viderent multitudinem Samaritanorum, quæ jam erat præparata, & disposita ad fidem. Tamen allegoria, ac similitudine utitur. Ad quòd responderi primò Divus Chrysofomus homil. 33. Quid sibi haec volunt translativæ? Quam hæc gratia? neque enim venere Spiritus sanctus ita instituit? Duabus rationibus. Primum, ut significatius loqueretur, & magis ante oculos poneret; mens enim familiarium rerum imagine concepta magis suscipitur, & tanquam in pictura rem ipsam enagis amplectitur: Ad magis suam sententiam declarandam, & ut aliud in discipulorum mentibus imprimetur; ideo in exemplo, tanquam in pictura, Dominus rem ipsam ponit. Secundò pergit ipse Chrysofomus. Ut jucundior narratio esset, & sermo ornatus, & diutius animo immoraretur. Ut sententia Domini alta mente remaneret defixa in discipulorum mentibus, figuris utitur ipse Salvator; quòd erat magna elegantia apud Palæstinos: Nam sermo nitidè ornatus suæ jucunditate, ac delectabilitate magnam vim habet ad persuadendum. Esther eum ingrederetur ad loquendum cum Assuero pro suo populo, orabat ad Dominum, Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu Leonis, Esther 14. n. 13. Carthusianus: Sermonem ornatum, ac audienti beneplacentem. Sed cur potius cum regionibus albis comparat, quàm cum alia re?

Chrysof. Magister suam sententiam explicat.

Chrysof. Chrysofomus. Ut jucundior narratio esset, & sermo ornatus, & diutius animo.

Ethier. 14. Carthuf. spectu Leonis, Esther 14. n. 13. Carthusianus: Sermonem ornatum, ac audienti beneplacentem.

279. Chrysof.

Respondet primò idem Chrysofomus: Jam venientiam Samaritanorum turbam videbant, quorum fervorem, & promptissimam voluntatem adhuc regiones appellat: sicut enim spica flaventes messem indicant, & jam manus postulant; ita illi properabant ad salutem. Metaphora erat optima, præcipue cum segetes essent ante oculos; sicut enim maturæ fruges requirunt, ut falce demetantur, ita horrea ut congregentur sic animæ preparatæ ad fidem, falcem doctrinæ exoptant, ut à suis erroribus evellantur, ac ad Ecclesiam transferantur, Apocal. 14. num. 18. Mitte falcem acutam, & vindemia vitros terra, quoniam maturæ sunt uva ejus. Secundò, Hac analogia indicat Dominus prædicationem, & doctrinam diffundere tempore opportuno & accommodato. Opportunitatem debet prædicator investigare, ut fructum faciat.

Apoc. 14. Opportuno tempore prædicanduro.

280. Basl.

Tertio, Divus Basilius Orat. de vera Virginitate: Virginitas enim vitam nostram de corruptione ad sanctitatis gloriam colligit. Nam priores illi homines

nes ex paucis seminibus, sæcularis nuptiis orbem terrarum humanitatis fruge impleverunt; hæc autem fata jam toto orbe per voluptatem commutata, granis intra calorem horrea congregat: Hinc nempe satorum in castimonia gloriam transiitionem significans Dominus dicebat: Levate oculos vestros videte regiones, quia jam alba sunt ad messem. Qui ad Christum currebant; ut in celestia horrea intrarent; dicuntur regiones albicare candore, ac amore castitatis; nam hujus virtutis studio celi horrea aperiuntur, & homines maxime appetunt ad illius ingressum, & sit congregatio messis Christi ex purissimis electis.

Charitas dat ingressu ad vitam æternam.

281. Cant. 5.

Septuag. Hier. Cassiod. Orgelii. Damian. Hugo. Anselm.

Cant. 2.

Ambros. Bernard.

Nyssen.

De Christo ait anima sancta, Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus, Cantic. 5. num. 10. Secus super decem milia, ut habent Septuaginta. Et ex tot millibus electus? Quia candidus virginitate; ut explicat D. Hieron. lib. 1. contra Jovinian. Cassiod. Justus Orgelitan. Petrus Damian. lib. 3. Epist. 18. Hugo Victorinus instituit. Monach. serm. 48. Secus habet D. Anselm. De habitibus in via virtute, ac proinde electus ex universis. At anima sancta de se: Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinavit in me charitatem. Cant. 2. num. 4. Sed cur ad tantam felicitatem, ac affluentiam honorum introducit? Dixit paulo ante ipse us de ea: Sic ut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias; n. 2. Ubi per lilium puritas, ac virginitas animæ laudatur, ut testatur D. Ambros. lib. de Virg. D. Bernard. serm. 48. Cum ergo in ipsona ponatur signum castitatis, ac puritatis, nil aliud sequitur, nisi introductio, ac ingressus in cellam vinariam summi Regis. D. Greg. Nyssen. hom. 4. Celebratur hoc loco anima, quæ pura, ac libenter perseverat.

Joannis 4. n. 30. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam; ut & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit.

VERSIONES.

Syriacus. Porro is, qui metit, mercedem accipit, cogitque fructus in vitam æternam; satorque, ac messor pariter gaudebant.

Arius. Et seminans simul gaudeat, & metens.

Hebræicus apud Mercedem accipit, nam Variabilem congregat fructus.

EXPOSITIO.

282. Præsentia magis movern.

MESORES suos spe præmij ad mendum Dominus excitat, & provocat. Qui metit, ad horreum Ecclesie Dei congregando: Mercedem accipit, non gratis, & sine præmio laborat; sed suam præmij habet. Et ait: accipit; de præsentia; & non accipiet, de futuro; quia præsentia maxime movent; & quia prædicatoribus, ac Christi messoribus, nō solum datur præmij in alio sæculo, sed etiam in hoc, dum multa dona à Deo accipiunt. Unusquisque propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem, 1. Cor. 3. n. 14. Et congregat fructum in vitam æternam. Messores Christi suam præmij non congregant in horreum temporale, ut ait Euthym, sed in æternam vitam, quæ semper durat. Dobiratur hic, an merces, & fructus diversi significent, vel idem dicant, Rupert, cum quo consentit Origenes diversa esse putat. Merces enim, ait Rupertus est illa quæ in hoc sæculo debetur operariis Evangelicis; de quibus dictum est: Dignus est operarius mercede sua, Mat. h. 10. n. 10. Fructus verò est ille, qui datur in vita æterna ipsi messoribus. Alij verò, cum quibus est Franc. Lucas, dicunt, mercedem esse præmij, quod in celo datur operariis Evangelicis; fructus verò esse homines ad Christum adductos opere prædicationis, qui in vitam æternam Christo congregantur. Tamen dicendum exitimo cum D. Chrysof. Cyril, Euthym, Albert. Magn. Hug. mercedem, & fructum idem significare. Et præmij, quod solet dari messoribus utroque modo appellatur. Et explicat Dominus, quod suis messoribus danda sit retributio, & hæc in æternum duratura.

1. Cor. 3.

Euthym.

Rupert. Origen.

Matth. 10.

Franc. Lucas.

Chrysof. Cyril. Euthym. Albert. Mag. Hugo.

283.

U & qui seminat. Hoc loco ut, dicit consequentiam. At si diceret: Ex quo sequitur, quod gaudium sit commune, tam seminantis, quam messoribus. Per seminantes intelligunt omnes Patres veteris Testamenti. Per Messores verò Christi discipulos, ac Prædicatores legis gratia. Qui omnes maxime lætantur fructu celestium donorum in vitam æternam. Ex quo rectè notant Chrysof. Euth. Theoph. quod innotuit hic quoddam discrimen inter messem materialem, & spiritualem; nam in messe materiali non semper commune est gaudium seminanti, & metenti, quia sæpe contingit, quod ille, qui seminavit, mortuus sit tempore messis; at in Christi arca omnibus commune est gaudium, quia licet sator multo jam tempore mortuus sit corpore, tamen ut messor mercedem accipit in vita æterna.

Chrysof. Euthym. Theoph.

Joannis 4. n. 37. In hoc enim est verbum verum: quia alius est, qui seminat, & alius, qui metit.

VERSIONES.

Syriacus. In hoc enim sermo ille verus est.

Variabilis. Quod alius est, qui seminat, & alius, qui metit.

Arius. Quia est alius seminans, & alius metens;

EXPOSITIO.

IN hoc, id est, in hac ratione, & in hoc eventu, est verbum commune illud Prover. Chrysof. bium, & dictum apud Hebræos, ut observant Euthym, Chrysofom, Euthym, Rupert, Beda. Alius est, qui seminat, & alius est, qui metit. Hoc dicto significati